

1.
Extractum ex literis Illustri ~~ae~~
ac Generosi Dñj Dñj Joannis Skytte
junioris Sc Holmiã 20 Jan.
1634 ad Universitatem
Doupatensem.

Non parum me afficit, quod reditus vestri
in Districtu Copariensi, vobis et Academiae affi-
gnati, Temporis injuriã et rusticorum fugã hoc
anno ita sint diminuti, ut quaestori vix, ac ne
vix quidem possibile sit, sedecim illa millia
thulendorum persolvere. Recreat vero me vicissim,
quod eidem Quaestori in mandatis datum sit, ut
defectum illum suppleat ex aliis Ingriae rediti-
bus. Et cum Camerarius Haraldus Benedicti
non ita pridem literis ad me datis obligatum
se profiteatur ad salaria vestra integrè sol-
vendum non dubito quin plene vobis sit satis-
facturus. Quaestori itidem mandavi ut vobis om-
nibus et singulis de salario prospiciat, in
eum finem hæc ad eundem transmitto. &c.

Das Königlichste Pflanzbium Generalis ad
 quæstorem ward (!) ingeribunt:

Exliq. of wälachtadt Olaff Bamstffoy (!)
 & Badd (!) til förowordant Boockfollawn utfi
 Ingnomonlandt, wänliq.

Reverendi admodum Consultissimi Experi-
 entissimi et Clarissimi viri, Professores Darpa-
 tenses, amici honorandi.

Litteras vestras humanissimas diversis temporibus ad
 me datas recte accipi, quas non communitate tantum
 aliquã, sed potius urgente rei necessitate missas
 testamini. Diligenter autem à me postulatio,
 quò ingruente belli periculo et subitã hostium
 in provinciam illam irruptione vitam in studiorum
 securitate ponatis, quoniam quosdam ex Revoliensi
 Repub. spem nobis eam fecerunt, amplissimum Se-
 natum Academiae Regiae metum adepturum, eamq¹_B

intra pomaria urbis libenter recepturum, ut istud
 negocium apud Nobilitatis Esthonicae et dictae Civi-
 tatis legatos urgere aliisq; necessitatibus circum-
 venire haud gravarer. Quamquam autem non
 dubito Polonorum gentem satis superq; didicisse,
 quae hac tempestate belli alia produxerit in-
 commoda, atq; propterea satietatem eius tandem
 Sumpturam, motosq; fluctus composituram; Tamen
 cum prudentis est circumspicere futura et ad
 novos casus temporum novorum consiliarum flectere
 rationes, haud de miror vos de aliâ Musarum sede
 mature prospicere. Quod consilium tantum abest,
 ut probarem, ut potius urgerem, modo praedicta
 Nobilitas et Civitas persvarianem admitteret; ac nos
 non in eo essemus magis, ut Narva, belli interve-
 niente nimbo, partim ob propinquitatē redituum
 Academicorum, partim, quòd secundo flumine ad eam
 facilius sit transmigratio, si talis timenda esset,

Masis vestris domicilium praeberet longe commodius.

Verrum Majus, ut et aliarum rerum curam posthaec
aget Praefes Regii judicii, qui simul ex auctoritate
S. R. M^{ts} Dominae Nostrae Clementissimae Cancellarij
Academiae Dorpatensis vicem subibit, ejusdemq³
bona, honores, praevia, jura, privilegia tuebitur;

Cum aliis mihi partim in Patriâ, partim extra
eam in legationibus obeundis ea deaurantari nu-
mera vides, quibus necessum est corpore quidem à
V. C.⁶⁹ disjungi, animo licet, voluntate et quavis honestâ
officii ratione, quando à me efflagitatum fuerit,
semper praesens fuero. Quod igitur V. C.⁶⁹

constare arbitror, mihi ex elementi voluntate et
mandato S. R. M^{ts} Dominae Nostrae elementissimae
incumbit, ut legationem gravem et ponderosam
ad varios orbis Europaej Reges, Principes, status
et ordines suscipiam: quam ut felicem et faustam
velit Supremum Numen, scio, mecum ex pristino

amore, quo me complexi estis, diligenter comprecuini.

V^s C. L. hisce nunc valedico, et ex animo vovero, ut
sub elyseo Altissimi contra omnium tentatio(num) procellas
et bellicos Turbines Academia Regia vigeat et efflorescat.

Dabantur Stockholmiae, 4 Novembris, Anni 1634.

vobis omni studio
addictissimis

Johannes Skytte
Senior

patenti a se

Reverendis, Consultis, experi-
entibus et claris Viris, Dn.

Professoribus Dorpatensibus,
amicis meis honorandis.

osa publicitied: J. Vaar. Tattu ulikooli ajaloo
allikad, lk 208-209

Illustris ac generose Domine Generalis Gubernator. ?
 Domine gratiosissime, Non commoditas tantum
 sed et rei necessitas hanc qualemcumq; sedam extorsit
 eum alias V. Ill^{tem} in hoc celebris quidem sed luctuosi
 conventus tempore quam occupatissimam sciamus.

Commoditatem quidem dicimus; quod et certissima haec
 per Oeconomum nostrum literas transmittendi occasio
 nobis sit oblata: et ab aliquot non infimi subtelij
 e Republica Revaliensi viris cognoverimus, spem non
 exiguan apparere, Amplissimum Reipubl. Reval. senatum
 regiam hanc Academiam non invitum amplexurum, ei
 commodum hospitium concessurum, atq; adeo omnia
 Gymnasij sui ακρωτήρια aedificia atq; cellulas pro
 aliquam multis studiosis in possessionem nostram
 transcripturum, atq; ita etiam ibidem apud cives
 non nullos studiosos mentas literales facile
 inventuros, si modo Ill^{tas} Vra aliq; Illustris regni
 senatores istipsum postularent, hoc praesertim
 tempore commodissimo, ubi tum ex senatu Revali-

enfi, tum ex Nobilitate Gothonica (quae pari cum illo jure potestatem sibi in coenobium istud arrogat, & reditus ejusdem in manu suâ habet) ad regias exequias cohonestandas, illi, qui utramq; apud suos paginam faciunt, et jam etiam Scholarchae Gymnasij Revaliensis audiunt, Holmiam proficiuntur, et sit ad feliciter rerum suarum expeditionem impetrandam his alijsq; postulatis eo faciliorem locum dubio procul concedent.

Necessitas sane rei urget ut aliquanto liberius mentem nostram exprimamus, varij enim de impendentis belli periculo et subita in hanc provinciam irruptione rumores metum nobis indices augent et anxios nos reddunt atq; sollicitos, ne aliis studiosi metu haec et commodorum unguarum defectu excitati, salutis suae tempestivè consulentes frequentius hinc auferant [fugâ se hincce prorupiant] nobisq; et Academiae nostrae opinione citius valde dicant.

Invenire ut Ill.^{tas} Magnif. V.^{ra} hanc optatiffimam occasi-
 onem, et summam necessitatem ita attendendo praevictos
 et Nobilitatis et Civitatis legatos eâ de re monere,
 negotiumq; hoc apud eos ad salutem et incrementum
 Academiae nostrae urgere haud gravetur humiliter
 petimus, idq; ei confidentius, quo magis Ill.^{trēm} V.^{ram}
 consilio atq; auxilio suo nunquam nobis hactenus de-
 fuisse, experti sumus unde et impostero Ill.^{trēm} V.^{ram}
 illud ipsum facturam nobisq; ita vigilaturam ut et de-
 sideriorum tam in superioribus nostris indigatorum,
 quam horum tum tempestive, tum sine dispendio rei
 nostrae familiaris (quae exigua transmigrationis sumptus
 vitæ ac ne vitæ subministrare nobis potest) composites fiamus, planè
 et indubitato confidimus. Sicq; hinc Ill.^{trēm} M.^{triam} cum
 illustri uxore ac familia divinae benedictioni ac pro-
 tectioni in multos annos commendamus. Dorpati Livonum
 10 Die Maji Anno M.DCXXXIV.

V. Ill.^{trēm} M.^{triam}
 devote
 colentes

Rector
 et senatus Academiae
 Dorpatensis.

Capita nonnulla.

Qua ut S. Regiae Majestati, dominae nostrae elementissimae;
 Illustriss. Dn. Baronem, Dn. Benedictum Srijken, Regni
 Senatorem, regiaeq; hujus Academiae Cancellarium Magni-
 ficentissimum, Holmiae coram humilimè proponere non
 gravaretur. Academiae nostrae Magnificus Dn. Procan-
 cellarius, et Superintendens Livoniae, admodum Reve-
 rendus et Amplissimus Dn. Doctor Johannes Laurentij
 Stalemus, officiosè Rector et professores dictae Aca-
 demiae petiere.

1. Ut Constitutiones Academiae Upsalensis recens reformatas,
 Regiaeq; Maj. manu et sigillo roboratas, nobis impetra-
 ret.
2. Ut professorem Oratoriae et poeseos Magnificentissimo
 Domino Cancellario à nobis notatum ab illo vocatum, aq;
 Regia Maj. confirmatum nobis adduceret.
3. Quia ex usu Academiae videtur ut facultas Theologica
 unum et Facultas Philosophica duos Adjunctos habeat:
 ut et illos Academiae nostrae cum assignato eis ex la-
 mera regia salario, procuraret.

4. ut ad reparationem Edificiorum Academicorum sumptus necessarios (: q̄ circiter octingentos Unciales thaleros requirent) juxta clementissima Regia Majestatis promissa nobis ex Camera obtineret.
5. Cum Typi nostrae officinae tot annorum usū admodum sint detriti, materialia vero sufficientia praesto sint, ut peritissimum Typorum fūorem et sculptorem eī eīdem ex Camera Regia merces persolvatur, conciliaret.
6. Concessit clementissimè S. R. M. Academiae nostrae redditus Bonorum nrorum jurgiorum tum extraordinarios, tum illos qui summam nobis assignatam sedecim millium thaleroꝝ excedat. Quia pro illi demum ab A. 1648 redditibz, (unde in Praesentem 49. annuum salaria exsolvuntur:) computantur; praecedentium vero duorum annorum residuos, et summam nostram superantes redditus, (qui et exigui sunt) scitu et consensu ipsius Magnifici dn. procancelarij usus Academiae publici et summe necessarii insumpserunt; ut à S. R. M. et harum impensarum clementissimam approbationē nobis impetraret.
7. Quandogdem etiam inter indigitatos illos extraordinarios

revisis. Academiae nostrae clementissime adsignatos reperiuntur
 et Angaricarum praestationes (din 82² 391² 400²) easq; autem,
 quod specialiter in illo Diplomate regio, o sunt expressae,
 deneget nobis dn. Generalis Gubernator jugrae; Mandatum ad
 hunc, ut et istis potiri nobis permittat, exoraret.

8. Quia et S. R. M. ducentos imperiales ad libros pro Biblio-
 theca nostra ex Holmenfi jansonij bibliopoli coemendos
 clementissime promisit, ut hoc quoq; in effectum deduci
 curaret.
9. Postquam et senatus civitatis Privilegiis suis abutendo,
 integrum portione cerevisiae vectigal (din gantza Accis) exposcit
 juxta dispositionem autem Illustris dn. Genera Guber-
 natoris et morem totius Regni, illiq; ad suos usq; tantum
 domesticos o ut inde lucrum veniendo grant, ad dimidij
 saltem vectigalis exsolutionem sunt obstricti; ut
 hoc defuper a R. M. Rescriptum nobis impetraret.
10. in Diplomate Regio quo nostrae Academiae
 Upsalensium Privilegia confirmant, illa habetur
 Restrictio; Quatenus ad Horizontem nostrum illa accommodari

poterant. Haec vero ^{verba} ~~pro~~ eum à civitatensibus facile
 in nostrum obium detorqueri possent, ut et nostrae
 aedes militum receptione (mit Einquartierung der
 Soldaten) onerarentur, et hic nobis declarationem
 illorum ~~pro~~ talium talem quae à talibus et alijs
 civitatis oneribus nos eximat, obtinebit.

11. Postquam et Castellana et Regionis Dorpatensis
 Capitaneus modernis (~~est~~ à duobus ejus Antecesso-
 ribus Du. Daunero et Du. Wrangelio nunquam factum:)
 Rectori hujus Academiae controversiam de loci pri-
 oritate haecenus moverit; ~~unde~~ ^{ut de} hac 9^o controversia
 S. R. M. decisionem requireret.

Magnifice Dn. Rector.

In meis non ita pridem literis de Stipendiarijs, quae ratione officij monebatur judicavi, cum nonnullis alijs, amice nunc tecum communicabo.

T. Constitutionibus Academicis et Regiae meae Instructioni, adeoq; Sacrae Regiae Majestatis Regiae et Dominae nostrae Clementissimae, in Singularem Studiorum promotionem voluntati propeffimae, nihil conventurus esse, quam ut in Stipendiarios Regios annui Inspectores bini constituantur, omnia fideliter executuri, quae Constitutiones praescribunt, Ita quidem, ut Disputationum singulis posthaec septemannis pro Stipendiarijs habendarum Praesidium Dn. Inspectoribus incumbat, teneanturq; omnes Stipendiarij Disputationibus singulis interesse, quorum nomina Minister publicus finito Disputationis actu, ordine recenscat, et absentes diligenter notet; qui aliquoties contumaciter abfuerit, beneficio Regio privetur, quemadmodum Mofaliae haecenus fieri consuevit. Haec ratione tollentur diurnae, nocturnae et quotidianae multorum computationes,

aliaeq₃ à Studijs et honestâ vitâ effationes illicitae.

Hoc etiam merito tolletur abusus intolerabilis, quo hactenus Studiosorum nonnulli, in locis ab Academia remotis, ob commoda privata latitare consueverunt, eo dumtaxat tempore in medium procedentes, ubi Stipendium Regium distribuendum esse inaudiverint.

II. Leges Sueticas, juxta Constit. per Spacuum annum à Professore aliquo juris enarrandas esse, ut ita potissimum dicant L. L. Studiosi Institutiones Juris Regibus Patriae applicare, et ea, quae vel plane absoluta, vel minus in usu sunt, ab usitata in patriâ praxi accuratè discernere, id quod in hac Academia etiam post meum adventum, non sufficienter observatum fuisse, in vobis animadverteram.

III. Leges Studiosorum tam in Constitutionibus Academicis expressas, quam ex ipsdem, meaq₃ Regiâ Instructione deductas et praeterito anno promulgatas sine respectu Personarum diligenter observandas esse, praesertim quòd Studiosi nomine ac privilegijs nemo

gaudeat, inq̄ civitate Sorpatenzi vivat, nisi qui Lecti-
onibus et Disputationibus, alijsq̄ Academicis exercitijs
se totum re ipsa consecrat, ijsq̄ occupatur, quae
honestos literarum sectatores cum primis decet
atq̄ exornant.

IV. Examina mensura et semestria haudqua-
quam intermittenda esse, ut quae et Doctores
et Discipulos ad diligentiam maxime excitant,
aliaq̄ commoda quam plurima secum habent.

V. In Disputationibus, ab Opponentibus Inferioribus
initium faciendum esse, et quidem ut primus ante
octavam, secundus ante nonam et tertius ante horam
decimam se expediat, ut ita paratiores in majori audi-
torum praesentia sua specimen edant et quiq̄
non quidem diu, sed quam bene opponat, unice curet,
deurḡ alijs post horam decimam opponenti arga ?

VI. Studiosorum et praesertim stipendiariorum studia
certis facultatibus omnino destinata esse debere, ut
quiq̄ in id studium, ad quod animum suum ex

professo applicavit, recto tramite contendat, inq̄ eo excellere omni viſu laboret; aliis ut plurimum eveniet, ut non pauci aliquid in omnibus et nihil in ſingulis ſe didiciſſe conquirentur.

VII. Stipendium ſegnioribus auferendum et diligentioribus dandum, omnemq̄ Claffium rationem in Stipendiariorum induſtriã atq̄ eruditione fundendam eſſe. Nequaquam enim Sacrae Regiae Maieſtati probabitur, ita multorum inopiae conſultum iri, ut major paupertatis, quam ingenii et profeſtus habeatur ratio: Sed ut ingenioſos et inter hos tenuiores fortis ſtudioſos ad Stipendium Regium promoveamus, alios vero, in quibus nulla ingenij inſoles deprehenditur, Athenis ſeu à Collegio noſtro, ad Stivam, ſive ad aliud quodecumq̄ honeſtae vitae genus mature ablegemus, ne ſub umbra Mugarum diu nimis latentes tandem nec ſibi, nec alijs utiles, ſed omnibus moleſtiae et intempereſtivi conditiones eas ambient, quibus exornandis maxime impares et minime idonei ſunt.

Haec sunt, quae boni publici nomine, hac vice com-
 municanda occurrunt. Quibus Magnif. T.^{am} ut et
 totum Venerandum Senatuum Academicum Vivinae
 tutelae ex animo commendo! Dorpati, Non. Maji
 A: MDCCLIII.

Magnif. T.^{ae}
 obligatissimus
 Zacharias Klingius,
 Acad. V. Cancellar.

Publ. J. Vasar. Tartu ülikooli ajalehes allikaid, No 68.

Historiola Academiae Dorpatensis

ab Anno 1622 ad 1656.

Livoniae quae loci propinquitate Polonorum armis et Mos-
 chorum rapinis opportuna semper fuit et exposita, quo minus
 ex nativâ suâ barbarie diuturnâ ferocitate, [impietate],
 superstitione aliisque incultarum gentium approbris elue-
 sceret, illud obfuisse videtur maxime, quod otio suo
 et tranquillitati rerum tantum non permitteretur ut
 antiquam sibi exētere barbariem, fordesq; paganas potuerit,
 praesertim cum praeter creberrimas, quas vel parum tūta
 cum hostibus pax, vel indiciae breves interstiterunt, ex-
 terorum inundationes, domi impotenti suorum vexaretur quo-
 tidie dominio. Promptiora enim ut devictae hujus gentis
 experirentur obsequia, illi qui huc ex Germania [ducti]
 delati ordinis, sive Duces ipsi et Comites, sive suc-
 cessores eorum, ut abjectissimos servos semper habuerunt
 indigenas.

Et quamvis Religionis propagandae obtentū hanc
 primum illos invasisse regionem persuadere nobis velint
 Pontificii: ut credamus tamen convenientius est, ad opes

potius quaerendas, atq; dominationem suam inter barbaros
 proferendam et stabiliendam, quam ad Christianam his
 in locis doctrinam plantandam egressos fuisse. Quum
 urbes quidam non solum operibus minutissimas, pro
 aetatis illius habitum effecerint, sed et eo nitore atq;
 cultu, quo in Germania plurimum urbes sunt, templisq;
 et episcoporum sedibus [idq; gemis] exornaverint. Ruri vero
 majores et foediores Paganismi reliquiae in nulla Evan-
 gelica supersunt gente; nulla honesti, iusti et boni
 major ignorantia, nulla tristiora barbarismi exempla,
 quam in hac Livonicâ: neq; ullo in loco damnatissi-
 mae quaeq; artes magis usitatae, aut veneficia vel
 frequentiora vel nocentiora ita invaluerunt, ut nedum
 quidem eradicari quiverint.

Accedit, quod quicumq; fuerint, qui rebus inter
 suos praefere, armis magis perpetuo tractandis, quam
 Ingeniorum culturae dediti fuerint, quiq; dum bella
 domi cessarent, hostem et militiam apud externos
 quaerebant, dum ferventiores adhuc aetate essent ma-

tūiores inde et bellicā experientia subactiores delati
domum [voluptate ebrietate, contentionibus, odiis, scorta-
tionibus, homicidiis et aliis quibuscumq; flagitiis etc: etc:]
quibuscumq; fere aliis rebus aetatem traduxere